Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

me sicut heri & nudius tertius. Dñs autem patris mei fuit me
cum. & ipse nostis quod totis uiribus meis seruierim patri
uro. Si pater uster circumuenit me. & mutauit mercedem meam
decem uicibus. & tamen non dimisit eum deus ut noceret michi. Si
quando dixit. uarie erunt mercedes tue. pariebant omnes
oues uarios fetus. Quando uero e contrario ait. alba quoque
accipies pmercede. omnes greges alba pepererunt. tulit
que deus substantiam patris uri & dedit michi. Postquam enim
conceptus omnium tempus aduenerat. leuaui oculos meos.
& uidi insomnis ascendentes mares super feminas uarios
& maculosos. & diuersos colorum. Dixitque angelus dei ad me
insomnis. Iacob. & ego respondi. assum. Qui ait. Leua
oculos tuos. & uide uniuersos masculos ascendentes super
feminas. uarios. respersos. atque maculosos. Vidi enim
omnia quae fecit tibi laban. Ego sum deus bethel. ubi unxi
sti lapidem. & uotum uouisti michi. Nunc ergo surge. & egrede
re de terra hac. reuertens in terram natiuitatis tue. Respon
derunt rachel & lia. Nunquid habemus residui quicquam
in facultatibus & hereditate domus patris nri. Nonne qua
si alienas reputauit nos. & uendidit. comedit que pretium
nrm. Sed deus tulit opes patris nri. & nobis eas tradidit ac
filiis nris. Vnde omnia quae precepit tibi dns fac. Surrexit itaque
iacob. & impositis liberis & coniugibus suis super camelos. abiit.
Tulitque omnem substantiam & greges. & quicquid in mesopo
tamia acquisierat. pergens ad isaac patrem suum in terram
D chanaan. Eo tempore laban ierat ad tondendas oues. & ra
chel furata est idola patris sui. Noluitque iacob esse in ter
ro suo qd fugeret. Cumque abisset tam ipse quam omnia que